

Reverber. Sacra scriptura omni- dicitur profa- ganda.

Rupertus.

10. Psalm. 10.

Omnis sapi- entia hu- mana com- parata cum Scriptura nihil est.

Facoga.

21.

D. Nazian.

Psalm. 111. Apoc. 19. Jerem. 11. Rom. 9. 1. Cor. 16.

De Basil.

Theodo- ret. Sacra scri- ptura reli- giosè tra- ganda.

num. 7. & venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum: & tamen ut dicitur Pro- verbior. 3 num. 16. In sinistra eius divitia, & gloria: & tamen bonus noster Magister Christus contempta omni gloria, omnique divitiarum affluentia, solum ad librum sacrae Scripturae, ac verborum Dei intendit quæ- rere, & accipere, ac si comparatio illius ni- hil de aliis sit faciendum, in illo enim habemus Dei voluntatem declaratam, ac manife- statam, quam sequi debemus. Rupertus ad citatum locum Apocalyp. ait: Valde notan- dum, quia veniens Christus in hunc mundum nihil divitiarum, aut glorie de sinistra, sed tantummodo librum, sive igneam legem accepit de dextera. Bonum exemplum cunctis prebens discipulis. Tantummodo meditari in lege Domini die, ac nocte.

Ait Regius Vates Psalm. 140. num. 6. Ab- sorpti sunt iuncti petra iudices eorum: Petra est Christus. Ipse est petra angularis, qui facit utraque unum: & quinam sunt iudices eorum: nempe, hominum? sapientes, doctores, ac eruditissimi viri, eorumque sapientia, ac eru- ditio juxta petram, scilicet Christum, illius- que doctrina, ac verba, quæ continentur in sacra Scriptura, absorpta, & consumpta, & nihil est, & non apparet: Noster Doctissimus Incognitus, sic ait: Iudices eorumque magnipo- tentes, & docti iuncti petra, id est, comparati Christo Petra absorpti sunt. Accipe iudices eorum Aristotelm, Platonem, Pythagoram, &c. Absorpti sunt juxta petram iudices eorum, quia Christo comparati, sapientia eorum stultitia facta est, in cuius figura serpens Moysis dracones Magorum devoravit. Quia Sapientia Christi stultam ostendit sapientiam huius mundi.

Unde sancti Patres sacram Scripturam, us- que ad minimum apicem summè venerati sunt. Ait D. Nazianz. orat. 1. ij sumus, qui Spiritus sinceritatem, vel usque ad levem api- cem, & lineam trahimus. Hinc sæpè invenies, quod D. Hieronym. & Græci Interpretes, multis in locis verba hebraïca reposuerunt, & tamen nec latinè, nec græcè exposuerunt. Per- sæpè lego, Alleluia, ut in titulo Psalm. 111. Apocalyp. 19. num. 1. semel, Hofanna; Matth. 21. num. 9. Non semel, Sabaoth; Jerem. 11. n. 20. & ad Roman. 9. num. 29. Tandem lego, Anathema, Maranatha, 1. Co- rinth. 16. n. 13. non vertuntur latinè dictiones huiusmodi, sed hebræo efferuntur sono, ut ait D. Basilus lib. 2. advers. Eunom. Ne ver- bis incongruis, sententiam dissolverent. Inde de factis literis tantus metus erat, ne dum verte- rent, textum perverterent, & observat Theo- doretus, eos Psalmos sine titulo esse apud Græ- cos Interpretes, quos Hebraïci codices edide- runt sine titulo, quales sunt, primus, secun- dus, & trigessimus secundus, ac alij, & hoc religioso metu fecerunt Seniores Interpretes, ait ipse. Non audentes à se ipsis aliquid addere verbis Spiritus sancti.



QUÆSTIO III.

Quare Christus D ad docendum inci- pit à lectione sacrae Scripturae ex Isaiâ?

A It noster Evangelista præsentis num. 17. Traditus est illi liber Isaiæ Prophete: ut principium dicendi faciat Magister, è scriptu- ra sumi exordium, ut à principio totius ve- ritatis, ac viæ salutis. Unde optime ait D. Chryso- stomus homil. 2. de verbis Isaiæ: Scripturarum lectio, calorum est refrigeratio: & concione 3. de Lazaro ait: Neque enim, nunc fieri potest, non potest, inquam, fieri, ut quisquam salutem assequatur, nisi perperuo versetur in lectione spiritali. Hinc Christus: D. damnans, ac arguens cæcitatem; ac er- rores Iudæorum, ait: Erratis nescientes scri- pturas: Matth. 22. num. 29 & iterum capi- te 21. numero 42. & hac de causa sæpè Divi- nus Magister disputat, ac sermonem insti- tuit de sacra Scriptura, ut patet ex Lac. 10. num. 26. & cap. 19. num. 46. Joan. 3. n. 14. & cap. 10. n. 34.

Judaicos iudices urget Magister Deus Joan- nis. 5. num. 39. Scrutamini scripturas. . . & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me: studium commendat assiduum in libro versando; nec monet ut legant simpliciter, sed lectitent al- to, & profundo scrutinio. D. Chryso- stom. homil. 40. in Joan. ait: Non dicit legere, sed scrutamini; divina enim summa indagant dili- gentia; Et hoc exactum studium in sacra pa- gina, Deus exquirens à nobis disposuit, ut facer textus esset modis parabolicis, ac diffi- cultatibus ænigmaticis plenus, Hinc liber si- gnatus dicitur ab Isaiâ, 29. n. 11. Cujus rei ra- tionem reddit D. Basilus ad cap. 1. Isaiæ, & ait; In Scripturis studio voluit esse obscurita- tem, ad utilitatem mentis humanæ. . . Primum quidem, ut his mens occupata, à deterioribus avocetur.

Vis scire quid sit sacra Scriptura, accipe ex D. Gregorio Magno lib. 4. cap. 84. ubi ait: Quid est enim Scriptura sancta, nisi quadam Epif- tola omnipotentis Dei ad creaturam suam. Et D. Chryso- stom. homil. 2. in Genes. Sacras Scri- pturas, ait, quasi longè absentibus Deus literas mittit conciliaturus sibi naturam universam homi- num: Hinc frequenter Apostoli in suis con- cionibus testimoniis Scripturæ utebantur. Pe- trus ex Ioele Actor. 2. numer. 16. Ibidem ex Psalm. num. 30. & cap. 3. num. 21. & sæpè. Sicut & Paulus Actor. 17. numer. 2. & Actor. 18. numer. 28. Sciebant scientiam scriptura- rum Isagogicam esse ad fidem servandam, ad charitatem urgendam, ac ad mores piè co- lendos, ac componendos; hoc enim à Chry- stost. D. didicerant, ut testatur D. Chryso- stomus homil. 37. in acta, sic ait. Et bene quan- do vocabant: hoc & Christus faci- tum de Scripturis disserens. Quando Christus D. Chry- st. à munere prædicandi vacabat, & suis discipulis de sacra Scriptura tractabant, de

22. Scriptura lectio exo- rum refera- tis.

D. Chry- stost.

Matth. 22. Matth. 21.

23. Joan. 5.

D. Chry- stost. Studium magnum Deum requi- rit ad Scri- pturam.

Isai 29. D. Basil.

24. D. Gregor.

D. Chry- stost.

Actor. 2. Actor. 3. Actor. 17.

Christus & Apostoli semper de Scriptura disserant.

Actor. 8.

D. Chry- stost.

Tertull.

Ex lectione Scripturae Magistrum parat Deus.

& ipsi hanc consuetudinem hauserant, ut semper de sacro Textu differerent. Perpende quanta sit utilitas ex lectione Sacrae Scripturae; Ibat vir Æthiops Eunuchus potens Reginae Candacis, curru suo vectus; sacro totus intentus in libro: Legensque Isaiam Prophetam: Actor. 8. n. 28. Textus erat de impia Christi necesse, & homo ita erat delectus textui, ut nec via longa, nec loca vasta à legendo avocarant; Tunc vox delapsa ad Philippum num. 29. Accede & adijunge te ad currum istum: Approximat Philippus; & quæ de textu, Princeps non intelligit, bonus Magister explicat rectè monet D. Chryso- st. homil. 34. in Genes. Vides, ait, quantum sit commodi atten- te, & studiosè divinas Scripturas legere. Nam præfectus ille Sacris deditus literis Philippum loci prophetici Magistrum sibi paravit: Dein- de Textu explicato, Philippus hominem ad Christi fidem, & ad aquam salutarem adducit. Jussit stare currum, & descenderunt uterque in aquam Philippus & Eunuchus, & baptisavit eum. num. 38. Undè homini idololatæ, ac gen- tili tanta felicitas, ut ex infideli fieret fidelis. Et ut ex tenebris ad lucem veniret, ex peccato ad gratiam, ex tristitiæ profunditate ad sum- mum gaudium: Ibat per viam suam gaudens ibidem num. 40. ad liter. Tertullian, lib. de Baptism. cap. 18. sic ait: Spado non inventus est vitiosus, nec qui subito tingi concupisceret. sed Scriptura divina impressus: Ex lectione divinæ Scripturae tam bonam fortunam invenit, viam- que sibi fecit ad Christi fidem. Tertull. citatus: Sic oportebat deprehendi, cui ultro Deus Apo- stolum miserat. Scilicet Magistrum, ita oportebat

tebat deprehendi in studio divinæ Lectionis. D. August. Unde rectè D. Augustinus serm. 38. ad fratres in Eremo de Divina Scriptura explicat illud Salomon. Qui me invenierit, inveniet vitam, hauriet salutem in Domino. Prov. 8. n. 35. Divinus Agnus accepit de dextera sedentis in Throno librum: Et cum aperuisset librum, quatuor animalia; & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno; Apocal. 5. num. 8. Libro per Agnum aperto, magnus in celo motus fit, quatuor animalia, profunda reve- rentia Deum adorant, ceciderunt coram Agno; Instrumenta Musica resonant, Habentes singuli Cytharas: Sactis odoramentis odores exh- lantur, Phialas aureas plenas odoramentorum: Deinde dulces gratiarum actiones intonantur: Cantabant canticum novum. Unde tam festivus applausus in celo, unde tanta exultatio in di- vinitis Spiritibus, quæ omnia pertinent ad in- gentem gaudendi rationem ex Sacro Codice aperto, ipsoque altissime explanato; ex quo in- gens voluptas emanabat, & fervida charitas in Deum, ac proximum concipiebatur. D. Am- brof. ibi ait: Cadunt coram Agno cum per me- ditationem divinarum Scripturarum, conside- rantes immensam Dei clementiam humiliant se in conspectu creatoris sui, quanto sese per hu- militatem desipiunt, tanto magis in ejus amo- re exardescunt. Ecce quanta charitas, quan- ta salus, quantaque voluptas ex studio, ac in- telligentia divinarum, scripturarum. Unde il- lud Psalm. 35. num. 9. De irruente voluptatis tua potabit eos. De gaudio, ac exultatione per- cepta ex lectione Sacrae Scripturae; interpreta- tur Pierius lib. 38.

D. August.

Prot. 8.

Apoc. 5.

Lectio ex- sacris liti- ris Dei amorem ac- cenat, & voluptatem concinnat. D. Ambros.

Psalm. 35.


Pierius.

CAPUT V.



ACTUM est autem cum turbæ irruerent in eum ut audirent ver- bum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezaret. 2. Et vidit duas naves stantes secus stagnum; piscatores autem descenderant, & lavabant retia. 3. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, doce- bat de navicula turbas. 4. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. 5. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. 6. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem eo- piofam, rumpebatur autem rete eorum. 7. Et annuerunt sociis; qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas navi- culas: ita ut pene mergerentur. 8. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu dicens: exi à me, quia homo peccator sum, Domine. 9. Stupor enim circumdederat eum & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium quam ce- perant. 10. Similiter autem & Jacobum, & Joannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Jesus: noli timere: ex hoc jam homines eris capiens. 11. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum. 12. Et factum est: cum esset in una civitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Jesum, & procidens in faciem, rogavit eum dicens: Domine: si vis, potes me mundare. 13. Et extendens manum tetigit eum dicens. Volo, Mundare: & con- festim! pra discessit ab illo. 14. Et ipse suscepit illi ut nemini diceret: sed, Va- de & vende te sacerdoti. & offer pro emundatione tua, sicut præcipit Moyses, Sylvester in Evang. Tom. VI.

in testimonium illis. 15. Perambulabat autem magis sermo de illo, & conveniebant turbae multae ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. 16. Ipse autem sedebat in deserto, & orabat. 17. Et factum est in una die, & ipse sedebat docens, & erant Pharisei sedentes & legis doctores qui venerant ex omni Castello Galilae & Judae Jerusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. 18. Et ecce viri potentes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quaerebant eum inferre, & ponere ante eum. 19. Et non inveniētes qua parte illum inferrent praeter turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summisserunt eum cum lecto in medium, ante Jesum. 20. Quorum fidem, ut vidit, dixit, homo, remittuntur tibi peccata tua. 21. Et ceperunt cogitare Scribae, & Pharisei dicentes, quis est hic, qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? 22. Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? 23. quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata: an dicere, surge, & ambula? 24. ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 25. Et confestim confurgens coram illis, tulit lectum in quo jacebat, & abiit in domum suam magnificans Deum. 26. Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, quia vidimus mirabilia hodie. 27. Et post haec exiit, & vidit publicanum nomine Levi sedentem ad Telonium, & ait illi, sequere me. 28. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. 29. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. 30. Et murmurabant Pharisei, & Scribae eorum, dicentes ad discipulos ejus. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? 31. Et respondens Jesus, dixit ad illos, non egent, qui sani sunt, medico: sed qui mala habent. 32. Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam. 33. At illi dixerunt ad eum, quare discipuli Joannis jejunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter, & Phariseorum: tui autem edunt, & bibunt? 34. Quibus ipse ait, nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare? 35. Venient autem dies: & cum ablati fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt, in illis diebus. 36. Dicebat autem, & similitudinem ad illos, quia nemo commissuram a novo vestimento immittit in vestimentum vetus, alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commissura a novo. 37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur & utres peribunt. 38. Sed vinum novum in utres novos mittendum est: & utraque conservantur. 39. Et nemo bibens vetus, statim vult novum, dicit enim, Vetus, melius est.



ARGUMENTUM cum Remissionibus.

Primò, Vers. 1. Jesus ad sui sequelam vocat Petrum, Jacobum, & Joannem per ingentem piscium capturam in stagno Genezareth. explicavi tom. 2. cap. 7.
Secundò, Vers. 12. Sanat leprosum; de quo tractavi tom. 2. c. 20. & supra Matth. 8. quaest. 1. & 2.
Tertio, Vers. 18. Curat paralyticum oblatum a portantibus; de quo dixi tom. 1. cap. 16.

Quarto, Vers.

de quo dixi supra Matth. 9. q. 1. & 2.
27. E Telonio vocat Matthaeum publicanum: obmurmurantibus Scribis responderet, se venisse ad vocandum, non justos, sed peccatores ad poenitentiam; quod explicavi tom. 2. capite 27. de quo etiam supra Matth. 9. q. 3. & 4.
Quinto, Vers. 33. Eisdem interrogantibus assignat rationem, cur discipuli Joannis crebro jejunant, sui vero non; de quo dixi tom. 2. cap. 28. & supra Matth. 9.

CAPUT



CAPUT VI.

1. ACTUM est autem in Sabbatho secundo, primò, cum transiret per Sara, vellebant discipuli ejus spicas, & manducabant confricantes manibus. 2. Quidam autem Phariseorum, dicebant illis, quid facitis quod non licet in Sabbathis? 3. Et respondens Jesus ad eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit David cum esurisset ipse, & qui cum illo erant. 4. Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducavit, & dedit his qui cum in ipso erant, quos non licet manducare, nisi tantum Sacerdotibus? 5. Et dicebat illis, quia Dominus est filius hominis, etiam Sabbathi. 6. Factum est autem, & in alio Sabbatho ut intraret in Synagogam & doceret. Et erat ibi homo, & manus ejus dextera erat arida. 7. Observabant autem Scribae & Pharisei si in Sabbatho curaret: ut invenirent unde Tecusarent eum. 8. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam, surge, & sta in medium, & surgens stetit. 9. Ait autem ad illos Jesus, interrogo vos, si licet Sabbathis benefacere, an male: animam salvam facere an perdere? 10. Et circumspēctis omnibus, dixit homini, extende manum tuam: Et extendit: & restituta est manus ejus. 11. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad invicem quidnam facerent de Jesu. 12. Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 13. Et cum dies factus esset vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. 14. Simonemque cognominavit Petrum & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Joannem, Philippum, & Bartholomaeum. 15. Mattheum, & Thomam, & Jacobum Alphaei, & Simonem, qui vocatur Zelotes, 16. Et Judam Jacobi, & Judam Iscariotem, qui fuit proditor. 17. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judaea, Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. 18. Qui venerant ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnis turba quaerebat eum tangere, quia, virtus de illo exibat & sanabat omnes. 20. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. 21. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc stētis: quia ridebitis. 22. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. 23. Gaudete in illa die, & exultate, ecce enim merces vestra, multa est in caelo. Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum. 24. Verumtamen vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. 25. Vae vobis, qui saturati estis: quia esurietis. Vae vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. 26. Vae cum benedixerint vobis homines, secundum haec enim faciebant pseudoprophetae patres eorum. 27. Sed vobis dico qui auditis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. 28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. 29. Et qui te percutit in maxillam, praebere ei & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. 30. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quae tua sunt, ne repetas. 31. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. 32. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quae vobis est gratia? nam & peccatores, diligentes se diligunt. 33. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quae vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. 34. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere: quae gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus scenerantur, ut recipiant aequalia. 35. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos. 36. Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. 37. Nolite judicare, & non judicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini; dimitte, & dimittemini, 38. date, & dabitur vobis mensura bonam, & confertam, & coagratam & supereffluentem dabunt in solum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. 39. Dicebam autem illis, & similitudinem: Nunquid potest caecus caecum ducere?